Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1815
Quelle:
Copyright:

Edictum *Caroli* V. appellatum *Interim* 1548. Incipit: *Die erforderten vnd verſamelten Diener des h. Euangelij In Fürſtendumb Heſſen gedenken vnd verhoffen mit hilff des almechtigen Gottes vnſers liebenn himliſchen Vatters* &c.

III. *fol.* 3. Opuſculum ſermone italico, quo oſtenditur, pie invocari Sanctos, hoc initio: *G. mio honor. Per riſpondere al queſito che voi mi faceſte a queſti giorni ſopra la coſa de Santi che gia ſono in cielo; cio e con che ragione la chieſa nelle preghiere ſue a Dio ſupplica per l'orationi, et per li meriti della beata Vergine et d'altri Santi* &c. Adjuncta ſunt ſub finem PP. in hanc rem teſtimonia.

IV. *fol.* 9. *Ordo et forma abſoluendi ab Haereſi.* Initium: *Poſteaquam poenitentes extra eccleſiam in porticu ſteterint. In decenti poenitentium habitu, accenſis candelis, et crucibus ligneis, per tres dies feſtos* &c. Additur in fine: *In aliquibus eccleſijs plura faciunt In aliquibus pauciora.*

V. *fol. novo* 1. Reſponſum Provincialium *Carinthiae* ad gravamina a Clero *Ferdinando* Rom. Regi porrecta germanice. Gravamina haec verſabantur circa neglectum Dierum feſtorum, et ſacrae Synaxeos, Jus Patronatus, Electionem Praelatorum, Viſitationes Canonicas, Bona eccleſiaſtica. Incipit: *Anntwürth auff der geiſtlichen Beſchwär Articl. Als die geiſtlichen fürgeben. Das Menngel in der Religion ſachen Einfallen* &c. Reſpondent Provinciales plerumque: ſibi non conſtare, in ſimilibus peccatum fuiſſe, Clerum tamen identidem culpant, ſeque in *Lutherum* propendere non obſcure innuunt. Confer *M. Hanſizii Germ. Sacrae* T. II. p. 618. ad an. 1549.

VI. *fol. novo* 1. *Reſponſio ad Confeſſionem quatuor Ciuitatum.* Sunt hae *Argentina*, *Conſtantia*, *Memminga* et *Lindavia*, quae in *Zwinglium* inclinabant, ſuamque ſententiam *Carolo* V. in Comitiis *Auguſtanis* 1430. ſcripto obtulerant, quod ſupra *Cod.* CCCCLIII. *fol.* 11. et 27. utraque lingua indicatum eſt. Indicata etiam eſt Scripti hujus *Confutatio* ſupra *Cod.* CCCCVI. *fol.* 1. ſed praeſens prolixior eſt, incipitque: *Quoniam ciuitates quatuor, Argentina ſcilicet, Conſtantia Memmingen Lindou, non conſiderato, quod in dicione Sacri Romani Imperij ſitæ ſunt* &c. Non tamen ab Imperatore proficiſcitur, ſed Theologorum Conſilium eſt, ut patet ex his verbis ingreſſus: *Cæſarea Maieſtas illis tale reſponſum iure optimo dare poſſet.*

VII. *fol.* 51. Eadem *Reſponſio* lingua germanica hoc initio: *Die Romiſch Kay. M^t vnſer allergnedigiſter herr hat verſchiner tagen von Irer Kay. M^t vier ſtetten Nemlich Strasburg Coſtenz* &c. Utrumque Exemplar multum interpolatum, refectumque eſt, autoribus, ut videtur, *Joh. Fabro* et *Joh. Eccio.*

VIII.